

einander getrennt; sie gehören zusammen, enthalten Ermahnungen mit biblischen Beispielen und scheinen nicht aus einem Briefe geschöpft zu sein. Das letzte Stück bricht mit dem Worte 'operiosa' auf f. 141' ab. Auf dem unteren Rande stehen die Worte 'monilia conculcentur', mit denen der folgende, jetzt aber fehlende Quaternus begann.

I. Papst Alexander IV. verkündet (den Bewohnern der Mark Treviso), dass er, um den Greueln Ezzelins Einhalt zu thun, den Erzbischof (Heinrich) von Embrun als Legaten zu ihnen entsende. (Anagni. Frühjahr 1259)¹.

Sponsa Christi patrum clamoribus non data fidelium et prophetarum anelantibus denegata suspiriis ad nos in sanguine agni consecrata descendit, venit cruore perfusa sanctorum, comedens² angustiarum panes et aquas amaras bibens, donec tyrannis humiliatis et inclinatis sublimibus, in delicias pacis adduceret, quos tandem sponso lucrificiens stabiliret in sedibus collium eternorum.

Audite audicionem in terrore³ et sonum gemitus eius, filii congregati, flete super contricionem eius et super livorem plage, pensate languentis obprobrium, irascimini in cordibus vestris, quia perambulare compellitur vias duras, quas in primiciis suis et novelle plantacionis inicio pedum eius vestigia calcaverunt. Attendite, viri cordati, quia vicini conspiciunt, remoti pavent, hospites et advene contremiscunt, extrema terrarum inhabitantes audita talium obstupescunt. Mirantur atroces viri calumpniarum, truculenti carnifices, sanguinum effusores, quod non parem eis aut similem natura prodiderit, sed velud exilium a suis passa limitibus et inmanibus furiis debacata, omnium insanias invenerit superantem. Ecce, non latent ista notos et proximos, nec ab adiunctis et contribulibus absconduntur, que de gente in gentem et de regnis in populos alteros omnem replevisse videmus christiane fidei regionem, ymmo in catholice religionis ostentum apud blasphemos crucis

1) Heinrich v. Embrun wurde nach Rol. Pat. XI, 11 (SS. XIX, 132) im Frühjahr 1259 an Stelle Philipps von Ravenna als Legat in die Mark Treviso geschickt. Am 2. Juli war er in Padua als Legat thätig (B-F-W 14097). Wenn seine Vollmacht sich wie die seines Vorgängers ausser der Mark Treviso auf die Lombardei und die Romagna erstreckt hat, so wird das päpstliche Schreiben auch an die Bewohner dieser Provinzen gerichtet sein. 2) 'comedens' Hs. 3) 'terrorem' Hs.; vgl. Iob 37, 2.